



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

3. An absolutio à reservatis , quæ potest, ut dictum est supra, impendi à quolibet Sacerdte in periculo mortis, possit dari à prima die infirmitatis, quæ ponit infirmum in tali periculo? Ex p. 5. tr. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

adeat. Sed hac limitatio displicet Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 12. n. 13. & mihi, quia alij DD. de illa non faciunt mentionem : absolute enim do- cent posse Sacerdotes non solum in articulo, sed etiam in probabili periculo mortis a reservatis ab- solvere. Deinde ratio cur Ecclesia in mortis periculo omnibus Sacerdotibus absolvendi potestatem tri- buat, est, quia peccator in tali casu, tum jure divino, tum positivo, tum etiam naturali charitate erga seip- sum ad confitendum obligatur, quae ratio obligatio- nis aequè locum habet, & si aliquis sine necessitate, sed propria sponte periculum mortis adeat, v. g. in bello justo, maris longa navigatione, &c. Non est ergo admittenda limitatio Sanchez.

RESOL. III.

An absolutio a reservatis, quae potest ut dictum est supra, impendi a quolibet Sacerdote in periculo mortis, possit dari à prima die infirmitatis, quae ponit infirmum in tali periculo? Ex p. 5. tract. 3. Refol. 69.

§. 1. PRO sententia affirmativa in part. 3. tr. 4. ref. 57. adduxi Sancium in select. disp. 12. n. 5. & novissime, me citato, hanc sententiam docet etiam Caestlinus in compen. Theol. mor. tr. 1. c. 13. q. 1. ubi ait, absolutio nem a reservatis posse impendi à prima die infirmitatis periculose, ut doloris lateris, pleuritiidis, sedque sive periculum mortis quis adeat propria sponte, sive causa aliqua urgente, seu mortali necessitate coactus. Sic ille.

RESOL. IV.

Quando censetur non adesse copiam Confessoris habentis potestatem in censuras, & peccata reservata, ut possit constitutus in articulo mortis absolvi à quocunque Sacerdote? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 65.

§. 1. ALIQUI dicunt, ubi ipse aegrotus, etsi illum adire nequit, nec potest accedere, potest tamen Confessor illum adire, ac petere facultatem, & tunc dicunt non dici deesse copiam Confessoris superioris, & ob id volunt, ut debeat procurare aegrotus per litteras, vel per Confessarium, aut per aliam facultatem. Mihi verò admodum placet, ut verè di- catur non adesse copia, quando nec constitutus in eo periculo potest personaliter Superiorem adire, ne- que eum commodè accedere, quia aut non venit, aut magna nota erit. Nam jus non obligat poeniten- tem, ut se per tertiam personam Superiori presen- tet, sed per ipsum, & quando per seipsum non po- test, illum impeditum judicat, cap. quavis, de sent. excomm. & ita tenet Sanchez in summa tom. 2. lib. 2. c. 13. num. 14. nec est gravamen Confessoris ad eundem Superiorem pro facultate, sed poenitentis in poenam sui delicti; & ob id, dum non potest eo modo, quo dictum est, dicitur verè impeditus, & tunc caret copia Confessoris. Et hac omnia docet etiam Floronus de casib. reserv. p. 1. c. 4. §. 19. n. 9. cui adde Trullench. in Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 5. num. 6. & Henriquez lib. 6. de poenit. cap. 9. n. 7. & lib. 5. c. 29. n. 3.

2. Sed supradicta procedunt in opinione illorum, qui asserunt in articulo mortis adhibendum esse Prælatum ad confessionem, si fieri potest, vel ab eo petendam facultatem: quam sententiam tenet Sua- rez tom. 4. disp. 26. sect. 4. num. 4. & tom. 5. disp. 22. sect. 1. n. 62. & de fide disp. 21. sect. 4. n. 22. cum Pom. I.

aliis DD. quos citat, & sequitur Sanchez in Sum. tom. 1. lib. 2. c. 13. n. 7. Sed quia ego contrariam sententiam probabilem esse puto, dico quòd in tali casu non tenetur mittere Confessarium, ut petat à Su- periore facultatem, quia hoc esset magis onus Con- fessorij, quam poenitentis, neque eum teneri Superiorem adire, quamvis possit, e. g. sint simul in ea- dem domo Prælatus & subditus, hic tamen habeat crimina reservata Prælato, non tenetur illum adire. Et ita prater alios docet Hurtadus de Mendoza vol. 1. de fide disp. 84. sect. 8. §. 125. juncto §. 149.

3. Nec valet dicere, quòd finis auferendi reser- vationem in mortis articulo fuit, ne cui reservatio esset causa aeternae ruinae; sed praesente Superiore, aut proprio sacerdote, nulla est occasio ruinae, quia adest copia Confessoris; ergo tunc non potest qui- libet adhiberi. Respondeo ex ipsis autoribus ces- sante privative sine legis in particulari, non cessare vim legis ipsius; cessante verò contrariè, cessare vim legis; sed in eo casu cessat finis legis privative, non verò contrariè, cessat enim occasio ruinae, non ta- men imminet ruina, si confessio fiat apud alium prater sacerdotem proprium: ergo non cessat vis legis. Deinde non cessat omnino finis legis, occasio enim aeternae ruinae non solum oritur ex inopia Con- fessoris, sed ex difficultate, quam communiter homi- nes sentiunt in adeundo Prælato. Ecclesia verò om- nem difficultatem voluit in eo articulo removen- dam, ut quam maxima facilitate moribundus antea- ctæ vite rationem cum Deo componat. Quòd si quando hominibus volentibus aperit Ecclesia be- nignitatis thesaurus, ablata criminum reservatione, quid agendum est à pia matre cum filio, ultimum spiritum exhalante: an cum illo durius aget, quam cum valentibus agendum cenlet interdum? Ad hæc nec opus erat reservationem auferre: possit enim aget indirectè absolvi à quovis sacerdote in absen- tia Prælati, tunc autem nulla esset occasio ruinae, quia aget Deo reconciliaretur. Voluit ergo Ecclē- sia omni benignitate tractare morti vicinos, illorum supremos miserata dolores.

4. Ad argumentum in forma distingo majorem. Finis fuit, ut nulla esset causa ruinae praecise; nego majorem, ne esset causa ruinae nec occasio, nec dif- ficultas ad salutem, concedo; sic distingo mino- rem, non est causa absolute concedo minorem; non est occasio orta ex difficultate, nego minorem, & consequentiam. Item ille est finis, quo privative cessante, non cessat legis vis. Et hac omnia docet Hurtadus ubi supra cui adde Tannerum 10. 4. disp. 6. q. 19. dub. 3. n. 67. Coriolanus de casib. reserv. p. 1. sect. 2. art. 8. n. 7. Finellium de casib. reserv. cap. 8. n. 3. Unde ex his refellenda est opinio Zambrani de Sacram. Poenit. c. 4. dub. 4. n. 15. ubi docet in arti- culo mortis, si infirmus habeat casum reservatum, mittat per Confessarium pro ejus licentia, non no- minando personam poenitentis; sed hæc, ut dixi, ex supradictis fati remanet labefactata, & illam re- probat Marchinus de peste part. 3. cap. 3. num. 25. Trullench in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. n. 3. & Ludovicus de la Cruz in Bulla Cruc. disp. 3. c. 34. dub. 15. num. 6.

RESOL. V.

An simplex Sacerdos possit absolvere à censuris, & casibus reservatis omnes parvientes, tanquam con- stitutos in periculo mortis? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 72.

§. 1. AD hanc questionem affirmativè videtur respondere Bellochius tr. de cas. reserv. Refol. seq. & p. 15.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 8. Ref. 26. §. 1. à lin. 3. à vers. Diffi- cultas, & seq. & in Ref. 28. ante me tium, à ver. Nec re- netur. & hic Ref. in Ref. 11. à lin. 5. à vers. Nec te- netur. & le- ge etiam in tom. 5. tr. 8. doctrinam §. 3. Ref. 24. quamvis ibi pro impedi- mento per- petuo, & si- gnanter in dicto to. 5. tr. 1. ex Ref. 206. §. Ad- verte.

TON. ...